

Z a  
308





DULCIUS DILUCULO ANNI  
CREPUSCULUM,  
QUOD  
PER-ILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO,  
GENEROSISSIMO  
DOMINO  
JOHANNI  
AEGIDIO  
L. B.

ALEMANNO,  
DYNASTAE IN Schmiedeberg &c.  
S. REGIAE MAJESTAT. POLONIAE ET  
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE  
IN SENATU SANCTIORI  
CONSILIARIO INTIMO GRAVISSIMO,  
DIE NOMINALI,

SOLENNI FESTO AEGIDII,  
IPSIS CALENDIS SEPTEMBR. AO. SALUT. MDCCXIX,  
SPLENDORE PLENISSIMO ILLUXIT,  
LAETA MENTE, PIO ANIMO EXCIPIENS  
GRATULATUR  
PATRONI SUI AD CINERES SANCTE  
SUSPICIENDI  
CLIENS DEVOTISSIMUS, HUMILLIMUS,  
M. JOHANNES GODOFREDUS FICKLERUS,  
SEBNIENSIS PASTOR.

---

BUDISSAE, LITTERIS RICHTERIANIS.

25

4

**C**hristi Prodromus JOHANNES,  
 Viam Salvatori præparavit, multis monstravit;  
 Christi Epidromus ÆGIDIUS,  
 Viam Salutis ambulavit, multos docuit;  
 Ille Judæus sanctissimus, Christo charissimus,  
 Hic Græcus pientissimus, Doctrina clarissimus,  
 Uterque nec Judæus, nec Græcus,  
 Sed ambo in Christo unus,  
 Etiam si septem seculis hic isto posterior.  
 Dies JOHANNIS Auroræ simillimus,  
 Futuram persecutionum tempestatem præsagens;  
 Dies ÆGIDII crepusculo propior,  
 De futuris hæcioniis criticus;  
 Signa hujus Temporis observare  
 Quemlibet bonum Christianum oportet,  
 Pium Politicum decet,  
 Accuratum Criticum non piget,  
 Num Nimbus & Imber cum tonitru & fragore immineat,  
 Vel sudum cælum cum ariditate futurum sit,  
 Num frigus intensum cum alta nive expectandum,  
 Vel aer tolerabilis cum susurris favonii,  
 Quod ex approbato suæ Prudentiæ Barometro  
 Indagare poterit;  
 Ut tempori prudenter inserviat,  
 Auræ populari nimium ne inbriet,  
 Vento secundo multum non confidat,  
 Rebus adversis minime succumbat.  
 Felix criticus, qui sapienter hæriolari poterit,  
 Prævidere noverit.  
 Hodiernus Dies ÆGIDII multis Critirion præstare  
 perhibetur,  
 De futura vel tempestate vel tranquillitate,  
 De felicitate, & infortunio &c.  
 Nos autem reddit certo certiores  
 De summa præsentis felicitate,  
 Eximia dignitate,

*De futura prosperitate,  
Illustri honestate*  
*VIRI Excellentissimi, DOMINI Per-Illustris,*  
**DN. JOHANNIS ÆGIDII L. B.**  
**ALEMANNI,**

*Quem*  
*Dies suus Natalis jus sit esse ALEMANNUM,*  
*Qui multos alit,*  
*Dies suæ Palingenesias JOHANNEM,*  
*Qui multis se gratiosum exhibet,*  
*Dies sui Nominis ÆGIDIUM,*  
*Qui Probitate & Eruditione sua*  
*Longe clarissimus extitit.*  
*Rex & Elector contentus est ejus Dexteritate,*  
*Saxonia sibi gratulatur de ejus Eruditione,*  
*Patria ovat in ejus Pietate,*  
*Dresda Electoralis gloriatur de ejus benignitate,*  
*Afflictis & miseris dexter salit oculus*  
*Super ejus Justitia & Miseratione.*  
*Propterea & Pater Patriæ Illustrissimus, Clementis-*  
*mus, ALEMANNUM nostrum*  
*Per multas honorum stationes grassatum,*  
*Ad clavum Reipublicæ jam olim collocans,*  
*Eminentè celsitudinis fastigio dignissime adhibuit,*  
*Et sanctioris totius Saxonie Senatus*  
*Consiliarium vere intimum esse jus sit,*  
*Non sine magno Patriæ Emolumento,*  
*Summo Serenissimi Beneplacito,*  
*Eximio Iustitiæ Incremento,*  
*Maximo tenuitatis Solatio.*  
*O nimium felix magni Nominis Festum!*  
*Salve Dies, multis Nominibus exoptatissima,*  
*Sit Diluculum tuum aurora divinæ Gratiæ jucundum,*  
*Crepusculum luce divini favoris amœnum,*  
*Meridies umbella divinæ protectionis amabilis,*  
*Mesonyxion pernocti divini amoris plenilunio illustre.*

*Salve*

*Salve Dies, multis Luminibus dignissima,  
Ingrediatur tua Aurora absque subsequenti  
meridiano æstu,*

*Introeat Lux tua sine secuturis  
Tenebris nocturnis.*

*Salve Dies, multis Hominibus jucundissima,  
Fubar tuum per innumeras parasangas se diffundat,  
Lumen tuum per innumeras revolutionum  
iterationes redeat,*

*Gaudium tuum per innumeras accessuum  
multiplicationes perennet,*

*Adeste mecum,*

*Clientum Mæcenatis nostri Caterna copiosa,  
Beneficiariorum Patrum nostri Corona numerosa,*

*Gratamante, aperto ore, hilari vultu,*

*Gratulemur Festi illucentis sanctitatem,*

*Exosulemur manuum Patroni benignitatem,*

*Veneremur gratiæ Benefactoris Vbertatem,*

*Agite!*

*Poplite flexo, elevato Corde, complicata Manu,*

*Fatigemus Numen Divinum,*

*Ardentissimis adeamus suspiriis DEum*

*Ter optimum maximum,*

*Ut Patronum nostrum incomparabilem,*

*Qui nos omnes,*

*Me imprimis cum tota mea familia,*

*Benignitate, Gratia, Auxilio,*

*Prorsus devinxit, obruit, mancipavit,*

*Quam diutissime*

*Regi Serenissimo, Patriæ perichitanti,*


*Domui suæ illustri, Nobis anbelantibus,*

*Sanum, sospitem, felicem,*

*Gratiosissime conservet,*

*Omnigenaque prosperitate æternum florentem*

*Clementissime tueatur.*



Pan Ya 308, IV

ULB Halle 3  
004 394 720



56





DULCIUS DILUCULO ANNI  
CREPUSCULUM,

QUOD

USTRI, EXCELLENTISSIMO,  
GENEROSISSIMO

DOMINO

HANNI  
GIDIO

L. B.

EMANNO,

STAE IN Schiedeberg &c.  
MAJESTAT. POLONIAE ET  
SIMI ELECTORIS SAXONIAE  
SENATU SANCTIORI  
ARIO INTIMO GRAVISSIMO,

DIE NOMINALI,  
ANNI FESTO AEGIDII,

DIS SEPTEMBR. AO. SALUT. MDCCXIX.  
ENDORE PLENISSIMO ILLUXIT,  
MENTE, PIO ANIMO EXCIPIENS  
GRATULATUR

I SUI AD CINERES SANCTE  
SUSPICIENDI

NS DEVOTISSIMUS, HUMILLIMUS,

M. JOHANNES GODOFREDUS FICKLERUS,  
SEBNITIENSUM PASTOR,

BUDISSAE, LITTERIS RICHTERIANIS.

